



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CL. Heinrich von Jetze überläßt dem Georgs - Hospitale in Salzwedel
Hebungen aus dem Dorfe Kussim, am 17. Mai 1352.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

vsem liuen bruder hern Lodewiche vnd sinen eruen blyuen. Mit orkunde desses briues, De gegeben is tu Soltwedel, na godes gebord dritthein hundert Jar, dar na in dem zwei vnd vestigsten Jare, an vnser vrowen daghe der Lichtmessen.

Nach dem Originale des Salz. Archives.

CL. Heinrich von Zeze überläßt dem Georgs-Hospitale in Salzwedel Gebungen auß dem Dorfe Kuffim, am 17. Mai 1352.

Ego Hinricus Jedicz, famulus, ad vniuersorum et singulorum presentes literas intuentium, audientium seu legentium Cupio peruenire, quot matura prehabita deliberacione omnium meorum heredum et amicorum ad hoc requirendorum, vendidj et dimisi necnon presentibus vendo et dimitto hospitali Sancti Georgii prope Ciuitatem soltwedel viginti quinque modios siliginis in villa kuffim, videlicet in Curia Thyderici prefecti ibidem sex modios siliginis, in Curia hinrici dicti hente nouem modios cum dimidio siliginis et in curia Godekini nouem modios cum dimidio siliginis, in quibus propria mea persona hinricum mechow, Ciuem in soltwedel, nomine predicti hospitalis inuestiui corporaliter, quiete, pacifice et comodosse possidendos et perpetuis temporibus annis singulis integraliter subleuandos, quos volo et debeo predicto hospitali warandare, vt iuris est, et ab omni iusta impetitione, quandocunque et quotienscunque oportunum fuerit, penitus liberare. In cuius testimonium luminosum meum sigillum appensum est huic scripture. Datum anno domini M^o. CCC^o. LII^o., feria quinta ante dominicam vocem Jocunditatis, presentibus discretis viris Johanne, plebano in scernekow, henekino laurencii, thyderico prefato et villanis in kuffim, specialiter ad premissa vocatis et rogatis.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 39, No. 8.

CLI. Markgraf Ludwig der Römer sichert der Neustadt Salzwedel in Betreff des Gewand-schnittes dieselben Rechte zu, welche die Altstadt bisher genossen hat, am 10. Mai 1353.

Cum secundum variationem temporum acta sepius etiam uariantur humana; expedit igitur ea literarum serie memorialiter in suo robore stabiliri. Quamobrem nos Lvdovicvs Romanvs, Dei gratia marchio Brandenburgensis et Lusatie, sacri Romani imperii archicamerarius, comes palatinus Rheni et Bauarie dux, publice protestamur in his scriptis, quod prudentibus et discretis uiris ciuitatum nostrarum antique et noue Soltwedel consulibus fidelibus nostris dilectis, in nostra ac consilii nostri presentia constitutis, utriusque etiam ciuitatis literis uisis ac sanius intellectis, ipsis ab illustribus Principibus predecessoribus nostris nec non a Lvdovico seniore, fratre nostro charissimo, marchionibus Brandenburg. datis et indultis, ad sedandam contentionem et omnem discordie rancorem, iam dudum inter predictarum ciuitatum consules, super Incisione Pannorum, minus amicabiliter continuatum, fidelium ac consiliariorum nostrorum et aliarum ciuitatum nostrarum con-